Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sustinete misericordias eius. et non deflectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum
credite illi. et non euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominum sperate uiuum.
et in oblectatione ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum.
et inluminabuntur corda uestra. Respicite filii nationes hominum. et scitote
quia nullus speraui in domino et confusus est. et permansit in mandatis eius et dere
lictus est. Quis inuocauit eum. et despexit illum. Quoniam pius et misericors est
deus. et remittet in tempore tribulationis peccata. et protector est omnibus exquiren
tibus se in ueritate. Ve duplici corde et labiis scelestis. et manibus male
facientibus. Ne peccatori terram ingredienti duabus uiis. Ve dissolutis cor
de qui non credunt in deo. ideo non protegentur ab eo. Ve his qui perdiderunt
sustinentiam. qui dereliquerunt uias rectas. et diuerterunt in uias pra
uas. Et quid facient cum inspicere ceperit deus. Qui timent dominum non erunt incre
dibiles uerbo illius. et qui diligunt illum conseruabunt uiam illius. Qui timent
dominum inquirent que beneplacita sunt illi. et qui diligunt eum replebuntur lege
ipsius. Qui timent dominum preparabunt corda sua. et in conspectu illius sanctifica
bunt animas suas. Qui timent dominum custodiunt mandata illius. et pa
cientiam habebunt usque ad inspectionem illius dicentes. Si penitentiam non
egerimus incidemus in manus dei. et non in manus hominum. Secundum enim mag
nitudinem illius sic et misericordia ipsius cum ipso est. Filii sapientie ecclesia iustorum
et natio illorum obedientia et dilectio. Iudicium patris audite filii dilecti.
et sic facite ut salui sitis. Deus enim honorabit patrem in filiis. et iudicium
matris exquirens firmabit in filiabus. Qui diligit dominum exorabit pro peccatis.
et continebit se ab illis. et in oratione dierum exaudietur. Et sicut qui thesau
rizat. ita et qui honorificat patrem suum. et matrem. De honore pa
Qui honorat patrem iocundabitur in filiis. et in die rentum
orationis sue exaudietur. Qui timet dominum honorat parentes. et quasi do
minis seruiet his qui se genuerunt. in opere et sermone et sapientia omni
pacientia. Qui honorat patrem suum uita uiuet longiore. et qui obedit pat